

De  
g  
De  
e  
De



GRATIA POTENTISSIMI AUXILIANTE  
&  
Magnifici Jctorum Ordinis permisu  
*De*  
**LITERARUM**  
**OBLIGATIONE**


Exercitationem  
SUB PRÆSIDIO  
*VIRI*  
NOBILISSIMI CONSULTISSIMI ET  
EXCELLENTISSIMI  
**DN. AMADEI CERDZG**  
Phil. & J.U. Doct. ac Profefs. Publ. Facultatis  
Juridicæ Afessoris &c.

*Dn. Hospitis, Præceptoris & Patroni patris instar  
atatem devenerandi*

In Illustri Hermundurorum Academiâ  
d. 24. Maij ad cl. 10c LXI.

*solemniter examinandam  
proponit.*

**Gottfried Pfau** / Ascaniensis.



LIPSIÆ,

LITERIS CHRISTIANI MICHAELIS.

*H. Lic. Pflaum*



V I R O  
NOBILISSIMO, EXPERIENTISSIMO ET  
EXCELLENTISSIMO  
DN. ABRAHAMO Birnbaum/ Medicinæ  
Doctori & Serenissimi Saxonix Electoris Ar-  
chiatro Spectatissimo &c.

*Dn. Cognato & Patrono uti magno ita aternum  
suspiciendo.*

*Ut &*

V I R O  
NOBILI, AMPLISSIMO atq; CONSULTISSIMO  
DN. CHRISTIANO Paetbusch/ J. U. Do-  
ctori, & Curix Supremæ Provincialis Advocato  
ordinario &c.

*Dn. Affini & Patrono omni honoris & observantia cultus  
atatem prosequendo.*

Exercitationem hancce & cum eâ se totum ad  
officia quæq; paratissimè præstanda

*offert ac dicat*

Gottfried Pflaume.



THE S. I.



SU recepta fuit apud veteres Romanos obligatio per scripturam, quæ nominibus fieri dicebatur *pr. I. de L. O. hoc est, prout explicant Borcholt. ad d. t. n. 1. & multis sqq. Vultej. ibid. n. 3. 4. 5. Bachov. ibid. n. f. Vinn. num. 6. Frantz. Exerc. 10. qv. 9. n. 5. cum in tabulis seu codicibus debitorum alias Kalendaria dictis, quorum mentio fit in l. 39. §. 14. ff. de admin. & peric. tut. & l. 64. ff. de legat. 3. primitus quidem apud argentarios propter publicam eorum fidem l. 10. §. 1. ff. de edend. l. 24. §. 2. ff. de reb. autor. jud. poss. postmodum verò apud quoslibet patresfam. (de quorum tabularum fide non Censores quinto quòque anno cives ad iusjurandum adigebant, ut refert ex Dion. Halicarnas. lib. 4. Vinn. loc. cit.) perscribatur, aliquem alicui certam pecuniæ summam debere. Quæ scripturæ non valuerunt tantum ad probationem, ut contendunt Bachov. & Vinn. dd. II. sed absolutè ad obligationem. Expressè enim dicit Imperator d. pr. I. de L. O. olim scripturæ fiebat obligatio &c. Consent. Frantz. d. qv. 9. n. 3. & 4.*

II. Verum hæc nominibus facta obligatio postea vel ob inde ortas debitorum creditorumque fraudes, vel quia exceptio non numeratæ pecuniæ tunc temporis fuit perpetua, ut putat Bernhard. Sutholt. Diss. 14. aph. 66. in usu esse desit, ad eò ut nec J. Cti, ex quorum libris Digesta compilata sunt, ejus ullam injiciant mentionem. N. O. l. 38. de O. & Ad quam sufficienter respondet Vultej. ad d. t. I. de L. O. §. 2. Sacratissimus verò Imperator noster retento vocabulo aliud genus literalis obligationis substituit t. t. I. de L. O. Novum enim non est, inquit Oldendorp. class. 4. act. 30. qv. 1. quod vicis situdo succedentis seculi postulet alias atq; alias legum & negociorum formas. Quare fallunt, qui cum Vultej. ad §. ult. I. de obligat. n. 6. hanc

literarum obligationem eandem esse cum illâ, quæ nominibus fiebat statuunt. Reclamat enim iis ipse Justinianus, dum *d. t. veterem* illam ex nominibus obligationem sub tempore in usu non esse amplius, affirmat.

III. De cuius noviter introductæ literarum obligationis naturâ & effectibus cum publici exercitii gratiâ non nihil proponere animus sit, & verò instituto huic maximum præjudicium facere videatur opinio illorum, qui nasci ex literis obligationem planè negant, inter quos præcipui sunt *Connan. i. Comm. 6. n. 11. Bachov. in comm. Inst. de L. O. & ad Trentl. Vol. 1. disp. 20. th. 2. lit. b. Rittershus. ad tit. I. de L. O. & Susholt. Diss. 14. aph. 67.* ideoque necessarium putavi, priusquam tractationem ipsam aggrederer, fortioribus ostendere argumentis, quod detur ex contractu literali tanquam distincto à cæteris contractibus obligatio, ac deinde breviter ad potiores dissentientium rationes respondere.

IV. Quod tantò confidentius facio quantò insigniores habeo hujus sententiæ patronos, nimirum *Hug. Donell. 14. comm. cap. ult. Harprecht. Mynsing. Schneidew. Casp. Manz. Vinn. & Dn. Ludov. ad tit. I. de L. O. Franzk. Exerc. 10. qd. 9. Dn. Tabor. in partit. elem. part. 3. sect. 4. th. 39. & sq. Dn. Struv. in Syntagm. Ipr. Exerc. 16. th. 46.* Qui primò moventur autoritate Imperatoris *S. f. I. de oblig. & S. 1. I. de fidejuss.* ubi manifestò indicat, quod sicut contractus quidam solo consensu quidam re, quidam verbis consistunt, ita quoque literis perficiatur contractus ad hoc, ut obligatio & actio efficax inde oriatur, quem contractum & inde descendentem obligationem ex literis appellat *d. t. I. de L. O.*

V. Deinde cur deterior debet esse conditio literarum obligationis, quàm verborum, & cum verbis contrahi possit, etiam nullâ præexistente vel securâ causâ, uti constat ex *l. 2. §. 3. ff. de dol. mal. & mer. except.* ad hoc ut obligatio inde civilis oriatur, nam ut naturalis nascatur, causâ requiritur *l. 40. ff. de R. C. l. 126. §. 2. ff. de V. O.* quidni etiam literis contractus informari possit? Si quidem non minus valere debet, quod scripturâ,

quam

quàm quod vocibus lingvâ figuratis significatur teste Paulo in  
*l. 38 ff. de O. & A.*

VI. Deniq; ad stabiliendam sententiam nostram haud  
parum quoq; facit, quod ubi quis literis confitetur, se accepis-  
se, quod nondum accepit, detur actio personalis *r. I. de L. O. ibi:*  
*ex ea nascatur condictio*; quod asseritur quoque in §. 2. *I. de ex-*  
*cept.* Id si ita est, omninò obligationem quoque, ex quâ nasca-  
tur condictio illa, dari oportet; posito enim effectu necessariò  
quoque ponitur causa. Hæc autem obligatio dicto in casu  
non re, non verbis, non consensu solo contrahitur, neque ex  
quasi contractu, neq; pacto promanat. Erit itaq; ex literis Scri-  
pturam enim quandoque requiri, ut substantiam capiat obli-  
gatio, luculenter innuit Imperator in *tit. I. de oblig. ex consens.*  
Aliam adhuc rationem suppeditat *Dn. Franzk. Exerc. 10. qv. 9.*  
*num. 14.*

VII. Hisce tamen solidis fundamentis non obstanti-  
bus in diversa omnia abeunt *Dd. supra th. 3. citati.* Dicunt  
enim literarum obligationem planè nullam esse, sed scriptu-  
ram præsumpto mutuo tantum probationis gratiâ esse adje-  
ctam, & Justinianum in adductis textibus paulò pingvius lo-  
cutum. Sed age, inspiciamus rationes Bachovianas; hæ enim  
præ cæteris speciem aliquam atque pondus videntur habere,  
fabricatæ scilicet ab autore, qui acerrimè omnium atque acu-  
tissimè opinionem hancce propugnat.

VIII. Prima hæc est: quia in nullo alio juris loco mentio  
fit literarum obligationis, sed multis in textibus tres tantum  
recensentur contractuum species ut in *l. 1. §. 1. de ff. de O. & A. l. 1.*  
*§. 3 ff. de pact. l. 1. §. 1 ff. de novat. l. 8. §. 1 ff. de fidejuss.* Resp. Levis-  
simæ culpæ in toto iure non fit mentio præterquam in *l. 44. ff. ad*  
*leg. Aquil.* ergò non datur levisima culpa? Absurdum hoc esse  
agnoscent omnes. Ita & hic sufficit, quod in *tit. I. de L. O. §. f.*  
*de oblig. & §. 2. de fidejuss.* literarum obligationis fiat mentio.  
Quod autem in *dd. h.* tres tantum referantur obligationum  
species, scil. quæ re, verbis & consensu contrahuntur, id fa-  
ctum exinde est, quia Gaji & Ulpiani ævo literarum obligatio  
quatenus à Justiniano postea determinata fuit, non erat co-



gnita vel recepta, *Dn. Tabor. in partit. element. part. 3. sect. 4. th. 19.*  
quæ verò olim nominibus fiebat, eo jam tempore minus fre-  
quentata fuit, conf. *suprà dicta in th. 3.*

IX. Secunda ratio est: In quo actor fundat intentio-  
nem suam, illud est fundamentum obligationis; At qui in nu-  
meratione eam fundat, non in scripturâ E. Resp. negando mi-  
norem. Quia enim numeratio non intercessit, idcirco verum  
obligationis fundamentum esse nequit. Verum, inquam, non  
enim negandum, quod ante biennii lapsum aliud prætendat.  
Nimirum quia scit, quod actio ex scripturâ, quæ principale est  
fundamentum obligationis, intra biennium perimatnr, ideo  
intrâ id tempus acturus prætendit mutuum sive numeratio-  
nem, exemplo eorum, qui filios mutuum pecuniam dederunt:  
hi enim scientes ob stare sibi, si mutuum petant, exceptionem  
§ Cti Macedoniani, ea propter interdum prætendunt, se apud  
filium pecuniam deposuisse. Cum verò post biennium ela-  
psum efficax sit hæc obligatio, ut eâ probatâ vincat actor, ideo  
tunc tunc fundamentum obligationis suæ in literis collocare  
potest *Frantz. Exerc. 10. qv. 9. n. 31. Dn. Tab. partit. elem. part. 3.*  
*sect. 4. th. 40.*

X. Unde majorem quoque vacillare apparet. Nam qui  
filios mutuum pecuniam credidit, etiam si dicat, se eam depo-  
suisse, & sic se fundet in deposito, attamen illud nequaquam est  
fundamentum actionis. Sic qui stipulanti spe futuræ numera-  
tionis promisit ex stipulatione obligatur §. 2. *I. de except. l. 2. §.*  
*3. ff. de dol. mal. & met. except.* & nihilominus actor fundat se in  
numeratione, cum tamen non hæc, sed stipulatio sit actionis  
fundamentum.

XI. Dicitur est, scripturam esse verum actionis funda-  
mentum. Instat Bachovius (quæ tertia ejus ratio est) Quocun-  
que probato actor non vincit, illud non est fundamentum a-  
ctionis; At qui scripturâ probatâ actor non vincit Er. Resp. ne-  
gando majorem rursus per instantias. Nam si perfectâ emptio-  
ne venditione re verò nondum traditâ venditor re at pretiû,  
vèditione probatâ nõ vincit juxtâ *l. 25. ff. de act. emt. vend. & l. 5. §.*  
*4. ff. de dol. mal. & met.* Idem fit si emptor pretio non oblato rem

petat,



petat, offerri enim pretiam ab emptore debet, cum ex empto agitur, inquit Ulp. in l. 13. §. 8. ff. de act. empt. vend. Inde autem non sequitur emptionem venditionem non esse fundamentum hujus actionis. Subsamo ulterius: qui filiof. mutuum dedit, mutuo licet probato non vincit: exinde tamen haudquaquam inferri potest mutuum non esse fundamentum obligationis. Sic etiam in casu d. l. 2. §. 3. ff. de dol. mal. & met. si is experiatur, qui citra causam ab aliquo fuerit stipulatus, stipulatione licet probata non vincit, sed exceptione doli mali opposita removetur.

XII. Quarto utitur hoc argumento: Quod impugnatur per exceptionem, illud est fundamentum obligationis; At qui non scriptura sed numeratio &c. Erg. Resp. Etiam hanc nego majorem. Nam per exceptionem proprie dictam, quae semper actionem praesupponit, non impugnatur fundamentum actionis, quia excipiens concedit actionem & per consequens quoque ejus fundamentum. Exemplis res fiet manifestior l. 3. §. 2. ff. de collat. Exceptione metus non impugnatur ipsa promissio, & inde competens actio, sed hoc saltem dicitur, ex actionem non competere, ob id quod negotium metu peractum sit. Idem fit in exceptione pretii non soluti & rei nondum traditae vel etiam redhibitionis per textus ibi. preced. adductos.

XIII. Remotis jam obstaculis ac probato quod sit literarum obligatio eaque separatam a caeteris contractibus ac negociis naturam habens, consequens est, ut quid sit illa dispiciatur. Ubi praemonendum dictionem hancce literarum obligatio item hanc, quam referente Dn. Tabor. d. l. usurpat Covv. lib. 3. jur. Anglian. tit. 22. obligatio literatoria accipi hic metonymice pro contractu obligationem producente, non pro effectu contractus, prout infra accipienda erit. Proprie ab interpretibus contractus chirographarius sive literatis vocari consuevit. Sive autem hoc modo cum Dd sive illo cum Imperatore loqui libeat, parum inter erit, dummodo quid hoc vel illo appellemus nomine recte constet.

XIV. Quod

XIV. Quod ut fiat literarum obligationem sic breviter describo: Literarum obligatio est contractus juris civilis, quo quis scripturam fatetur, se certam pecuniam summam mutuò accepisse, eamque se restitutum promittit, quam reverà non accepit,

XV. Generis loco stant verba: contractus juris civilis. Quod contractus sit ostendit non tantum *titulus Inst. de L. O. § f. de obligat. & §. 1. de fidejuss.* sed & inde certum est, quia habet specialem quandam formam, quam nullus alius contractus habet, nempe scripturam, ex qua omnis ejus perfectio dependet *dd. tt. & l. 7. C. de n. n. p.* atque adeò non ex assentià legis aut coherentià contractus, sed ex se & suà naturà obligationem ad agendum efficacem producit.

XVI. Quod tamen quamvis sole meridiano clarius obnubilare audent, qui literarum obligationem ex contractu nonnulli omnimodò, nonnulli verorum duntaxat numero excludunt. Et illi quidem dicunt, scripturam hic tantum esse confessionem pecuniam fortè mutuò aut alterius rei causam acceptam, moti *l. 13. ibi: cum suis confessionibus C. de n. n. p.* Resp. vocabulum confessionis hic non accipitur pro mera confessione, quæ sine promissione sit, quod patet ex verbis in eadem *l. 13. extantibus: si quid scriptis cautum fuerit, item: si causam promissor edixerit.* Promittere autem & cavere non est nudè confiteri. Duo scilicet complecti solet chirographum, confessionem, quæ est causa promissionis, & promissionem, quæ est ipsa cautio ac forma contractus. Sola confessio cum non sit contractus neque debitorem faciat, non potest producere obligationem *l. f. ff. de probat. l. 26. §. 2. ff. de deposit. l. 49. §. 2. ff. de pecul. l. 26. ff. de donat.* Quare sicut in apochis sive quitantiis præter confessionem pecuniam acceptam subsequens liberatio requiritur, quâ omisâ non rectè dicitur quitantia: ita chirographum quoque, in quo omisâ est promissio non rectè dicitur literarum obligatio eine Verschreibung sed duntaxat ein Befändnis / ein Schein. *Dn. Thomæ Diss. de anargyr. posit. 3.* Deinde nec hoc illis est concedendum, quod scriptura hic sit confes-

sio

fio pecuniæ etiam alterius rei, quàm mutui causâ acceptæ pro-  
ut ex th. sq. 26. liqvebit.

XVII. Iis verò, qui literarum obligationem quasi contra-  
ctum esse contendunt, unicum hoc cum *Dn. Frantzk, Exerc. 10.*  
*qv. 9. n. 29.* repono, quod hæc literarum obligatio non ex præ-  
sumpto vel ficto consensu, ex quo omnis quasi contractus ori-  
tur §. 1. *Et t. t. I. de obl. qua q. s. ex contract.* Sed ex vero & ab initio  
statim intercedente consensu constat.

XVIII. Sine dubio itaq; verus erit contractus; & præterea  
quoque nominatus, quod cum ex serie Institutionum tum inde  
quoque apparet, quia proprium habet nomen propriamque &  
nominatam producit actionem *Inst. de L. O. junct. l. 1. §. f. & l. 7.*  
*§. 1. ff. de pact.* Num bonæ fidei, an verò stricti juris? Resp. stricti  
juris, quia actio ex hoc contractu descendens non reperitur in  
§. 28. *I. de act.* Cujuscunque autem veri vel quasi contractus a-  
ctio neque explicitè neque implicitè in *d. §. 28.* utpote catalogo  
actionum bonæ fidei omnium non reperitur, illum stricti juris  
esse regula est in materiâ contractuum & actionum maximè  
usitata.

XIX. Atque hætenus genus remotius consideratum, id-  
que contractum esse, ostensum est. Sequitur ut ad proximum  
quoque curæ convertantur, quod exhibent verba: contra-  
ctus juris civilis. Cum enim ex receptâ *Dd. διχοτομία* & juxta  
§. 2. *I. de J. N. G. & C.* veri & nominati contractus dicantur esse  
vel juris gentium vel juris civilis, hiqve rursus dividantur in  
stipulationem & literarum obligationem, quod proximius ge-  
nus assignari possit non video.

XX. Cujus occasione ad causarum evolutionem, ex quâ  
cætera quoque in descriptione th. 14. posita patebunt, jam de-  
labor. Etenim causa efficiens remota literarum obligationis  
est ipsum jus civile. Id quod, quamvis communiter juri gen-  
tium contractuum origo adscribatur, nonnullas tamen species  
de novo adinventas addidit, velut indicat particula *penè* in *d.*  
§. 2. *I. de J. N. G. & C.* Et clarius *Hermogenianus in l. 5. ff. de J. & J.*  
ubi postquam obligationes ex jure gentium institutas esse asse-  
ruit, statim quasdam excipi subjicit, quæ à jure civili introdu-

Et sunt. Ex quarum numero nostram quoque literarum obligationem esse, nullus ambiget, quandoquidem illa, prout jam determinata est, originem & efficaciam suam sacratissimi Principis Justiniani constitutionibus debet. *l. 1. l. de L. O. & l. 14. C. de n. n. p. junct. l. 7. ff. de J. & S. 3. l. de I. N. G. & C.*

XXI. Causa efficiens propinqua est consensus; sine quo uti nulla est ex contractu obligatio *l. 1. §. 2. ff. de pact.* ita quoque ut hic partes de tradendo & accipiendo certas ob causas chirographo consentiant, necesse est.

XXII. Consentientes autem sive contrahentes hic sunt ab una parte is, cui acquiritur obligatio, ab altera is, qui per scripturam obligatur. Quod fieri potest ab omnibus, qui rerum suarum domini sunt & administratores *arg. l. 21. C. mandat. junct. l. 21. ff. de V. S. sive masculi sint sive feminae l. 11. l. 13. ff. ad S. C. Vellej.*

XXIII. Unde patet excludi ut ab omni ita ab hoc quoque contractu (1.) servos *l. 43. ff. de O. & A. nisi dominorum nomine contrahant eiq; acquirant §. 3. l. per quas pers. nob. acquir. l. 38. §. 8. & l. 17. ff. de V. O.* (2.) pupillos; & infantes quidem simpliciter *§. 9. l. de inutil. stipul.* infantia vero & pubertati proximos tunc demum, si non adhibuerint tutoris auctoritatem in illis causis, quibus deterior eorum sit conditio (quod accidit, quoties adversario jus in re vel ad rem adversus illos acquiritur) *d. §. 9. pr. l. d. auctor. tut. l. 189. ff. de R. J.* adeo ut ne naturaliter quidem obligentur *l. 41. ff. de condict. indeb. l. 59. ff. de O. & A.* (3.) furiosos *§. 8. l. de inutil. stip. l. 1. §. 12. ff. de O. & A. l. 5. l. 40. ff. de R. J.* (4.) prodigos, quibus bonorum administratio interdicta est, qui furiosis æquiparantur & æque ac illi sine curatore contrahentes ne naturaliter quidem obligantur *l. 6. ff. de V. O. l. 40. ff. de R. J. l. 12. §. f. ff. de tut. & cur. dat. (5.) minores curatorem habentes l. 3. C. de in int. rest. min.*

XXIV. Banniti quoque & deportati, ut & in opus publicum perpetuo dati, ut ut contractus juris gentium celebrare possint, attamen quia amittunt ea, quæ sunt juris civilis *l. 5. §. 1. ff. de cap. min. l. 17. §. 1. ff. de pæn. l. 15. ff. de interd. & releg.* idcirco a contractu literali, utpote juris civilis, merito arcentur.

XXV.

XXV. De filiofam. qui ex omnibus causis tanquam paterf. efficaciter obligatur *l. 39. ff. de O. & A.* præterquam ex mutuo propter S<sup>C</sup>tum Macedonianum *§. 7. I. quod cum eo qui in al. pot. l. 1. & i. r. ff. ad S<sup>C</sup>t. Maced.* non ineptè quæritur, an is, si chirographo spe futuræ numerationis confessus fuerit, se certam pecuniæ summam accepisse, inde obligetur, & exceptionem n. n. p. opponere possit? Quod utrumque affirmandum puto, ita tamen ut post biennium quoque exceptione S<sup>C</sup>ti Macedoniani se tueri possit. Generaliter enim in *l. 3. l. 8. l. 14. pr. & passim C. de n. n. p.* dicitur, cuiusque qui spe futuræ numerationis cautionem exposuit, exceptionem n. n. p. competere. A quâ regulâ nusquam exceptus reperitur filiofam. Ergo in dubio inhærendum juri communi *arg. l. 43. §. 1. ff. de procurat. l. 32. §. 1. C. de appellat. l. 27. C. de testam.*

XXVI. Objectum s. materia circa quam versatur contractus chirographarius est pecunia. Quæ vox hic neque accipitur strictissime pro pecuniâ numeratâ Germ. baar Geld prout venit in S<sup>C</sup>to Macedoniano *l. 3. §. 3. ff. ad S<sup>C</sup>t. Maced.* neque latissime pro omnibus rebus in patrimonio nostro existentibus, uti capitur in *l. 5. pr. l. 178. pr. l. 222. ff. de V. S. l. 2. pr. & §. 1. C. de constit. pecun.* sed in medio quodam significato pro omnibus rebus fungibilibus i. e. iis, quæ pondere numero & mensurâ constant *pr. l. quib. mod. re contrah. obl. quomodo sumitur in l. 30. pr. ff. de legat. 1.* Quod autem hic quoque sic sumatur evincitur ex *l. 14. pr. ibi: pecunia vel alie res numeratæ & §. 2. ibi: numeratio pecuniarum vel datio certarum specierum. Junct. l. 26. §. 1. ibi: vel specierum favori dationibus C. de usur. & ibi: depensas esse pecunias vel alias res C. de n. n. p. arg. l. 2. §. 1. C. de constit. pec. Zanger. de except. part. 3. c. 14. n. 36.*

XXVII. Forma consistit in scripturâ, quâ quis confitetur se accepisse & promittit redditurum esse pecuniam, quam reverâ non accepit. *Schneidew. ad Inst. tit. de L. O. n. 3. & 4. Dn. Ludov. Exerc. 12. th. ult. lit. b.* Scriptura hæc vocatur aliàs chirographum ut in *l. 5. C. de n. n. p. cautio in l. 13. 4. 8. & pass. C. eod. item instrumentum l. 14. §. 1. C. d. r. & omnino requiritur ad hoc ut substantiam capiat obligatio. Quemadmodum enim ubi*

præter consensum ad perfectionem contractus, ut rei traditio ab initio interveniat, requiritur, re contrahi dicitur; & ubi verba, olim quidem solennia, hodie vero cæta & significantia requiruntur, verborum obligatio nascitur: ita ubi scriptura, in qua pecuniam deberi quis confitetur, præcisè requiritur, literis contracta dicitur obligatio. Quod rectè fieri non posset, si remotis literis locus esset huic obligationi.

XXVIII. Non autem perinde est, qualis eumq; interveniat scriptura. Primo enim hæc non pertinent cautiones, quas indiscriminatas vocant *Ud. sed. mutiles h. e. qvæ debendi causam non continent, hæc enim hæc ad probationem quidem faciunt, necdum ad obligationem* *l. 25. §. 1. ff. de probat. l. 13. C. de n. n. p.* Deinde etiam ex utilibus h. e. iis, in quibus causa, propter quam debeat, nominatim expressa est, seponenda hæc sunt illæ, quæ tantum ad probationem & fidem rei gestæ valent, nunquam ad obligationem, quales sunt confessiones debiti omnes, quæ non sunt de pecuniâ mutua *d. l. 13. C. de n. n. p.* Earum verò tantum hæc aliquid momentum est, quæ continent professionem non cuiusvis debiti, sed mutui accepti & obligationem pariunt. *Donell. lib. 4. c. 37. ibidemq; Hallig. tit. C. & D. Winn. ad tit. l. de p. §. 1. n. 19. & 20.* Unde manifestus sit error *V. Wesenbecii in parat. ff. de pact. n. 9. & Jac. Schultes. referent. Hallig. loc. cit.* quod omnis conventio chirographo unita si in scripturam redacta transeat in literarum obligationem, quippe ad quam talis requiritur scriptura, in qua quis fateatur, se mutuum accepisse, quod reverè non accepit. Extra hunc casum scriptura ad substantiam contractus non confert, *l. 4. ff. de pignor. l. 4. ff. de fid. instrum. & p. g. stipulatio scriptæ quæ manet stipulatio, ac si scriptis comprehensa hæc fuisse* *l. 35. §. pen. ff. de h. l. o. l. m. §. 1. ff. de duob. reis const.*

XXIX. Istud parum reculerit, utrum quis chirographo fateatur, se mutuum accepisse, in alio instrumento, etiam si id à tabellione confectum sit, dummodo loquatur tantum de confessione debitoris, secus enim est, nec locum habet exceptio n. n. p. si Notarius simul testatus sit numerationem in præsentia suâ esse factam *Schneid. de v. ad tit. l. d. l. O. n. 13. Zanger. de ex-*

cept.

cept. part. 3. c. 14. n. 45. Dn. Thoma Disp. de anarg. pos. 7. n. 23. & sqq. Imò quod in foro Saxonico etiam instrumentum garentigiatum h. e. liquidum & confessatum, quod paratam habet executionem, vim habeat literarum obligationis & intra biennium ei exceptio n. n. p. privilegiata opponi possit affirmo cum Dn. Carpz. lib. 2. Resp. 3. per 107. ubi prolixè probat, quod præter solutionis & compensatignis similes quoque alia exceptiones notoria & in continenti liquidabiles pro impedienda executione instrumentis garentigiatis validè opponi possint, idemq; in specie de exceptione n. n. p. probat in 107. for. part. 16. 32. d. 65. & lib. 2. Resp. 89. ubi n. 10. & 16. juxta hanc sententiam expressè Senarum Appellationum anno 1609. & anno 1625. & n. 26. Dn. Scabino Lipsiensis respondisse testatur.

XXXI. Cui ad formam literarum obligationis promissio quoque requiratur sup. h. 16. præoccupavi. Verba autem finalia, quam revera non accepit, idè fuerunt adicienda, quia isdem numerus qui ut gere non necessitate saltem spe futura numerationis satisfactur au promittit literis obligatur & exceptio nem n. n. p. on imperiali beneficio habet sic. *lib. 2. Resp. 107. n. 1. de excep.* Ita ut hic non attendatur id, quod non nunquam de facto à malitiosis debitoribus, quædam numerata sit pecunia numerata tamen non est accipientibus committitur.

XXXII. In his literarum obligationis est duplex, unus ex parte expromittentis cautionem, nimirum futuram numeratam, cuius jus pro bonis presb. arealis non cum aliis conflantes necessitatibus sepe quocumque modo flagit et creditor sese obligant, alter ex parte accipientis cautionem, qui coincidit cum effectu primo contractus nostri, & est obligatio, quæ is, qui chi rographum dedit, tenetur accipienti eundem sive creditoribus.

XXXII. Hæc obligatio num sit civilis tantum an verò naturalis & sciis hominibus, quaestio est, maxime controversa Bernh. Sarbat. Dissert. p. 6. post gloss. & Joh. Fab. ad h. l. n. 6. antè biennium quæ merè civilem, post biennium verò propter præsumptam numerationem naturalem & civilem simul esse contendit. Alii inter quos est Euseb. d'Ingepauer Exerc. in qv. 1. & Dn. Ludov. disp. 12. h. f. lit. c. & in comm. Inst. de L. Q. n. 3. tam



ante quam post biennium naturalem simul & civilem adesse obligationem affirmant. Contra Gomez. 2. resol. 6. n. 6. Tim. Fab. disp. 23. hb. 11. lit. a. in f. Schneidev. ad tit. I. de L.O. n. 6. Cass. Manz. ibid. n. 10. & seq. De. Brantzk. Exerc. 10. qu. 9. n. 35. & seq. & qu. 10. n. 23. Et sic ante (&) post biennium merè civilem ex literis obligationem nasci statuunt. Et verius quidem. Etenim ut quis ad restituendum illud quod reverà non accepit, obligetur non est ab æquitate naturali, quippe quæ (II.) meminem vult cum detrimento alterius fieri locupletiores l. 13. ff. de cond. indeb. (II.) ad quod reverà actum gestumve est præsupponit l. 9. ff. de solut. sed ab æquitate tantum civilis iuris, idem legislator bonum publicum & iudiciorum expediri bonum facilitatem spectans ejusmodi conventionem efficaciam tribuit & consensum pro puro & vero habet, quæ reverà talis non est. Nimirum quia communiter accidit ut qui prudenter agunt, syngraphas non scribant, vel saltem non tradant, nisi post acceptam pecuniam, ideo & communiter accidit ut hic conjectura sumitur veritatis. *Mysing. ad Inst. hb. 2. n. 5.* & fortissimè quidem tunc, si debitor intra legitimum tempus non fuerit questus.

XXXIII. Nil juvat contrariam sententiam, quod in contractu literali sit consensus, & per consequens naturalis obligatio. Ut enim taceam, consensum qui hic intervenit, similem esse erroreo, aut ex eventu forte futuro modificatum, quod innuit Schneidev. d. l. plane nego consequentiam dictæ propositionis. Si enim consensus efficeret naturalem obligationem, sequeretur obligationes naturales à civilibus ita differre, sicut in illis consensus intercedat, in hisce non ita. Sed hoc est absurdum, per ea quæ eleganter cum *Pedro de Oct. Hispania in l. 1. §. 3. ff. de pact. E.* dicitur & reddat sup. tit. O. N. hb. 2. n. 5. quæ sunt verba notoria.

XXXIV. Ex dictis fuit decisio illius quodque non minus controversæ questionis, quoniam tempore debitor ex contractu chirographario obligetur? Dictum enim est, quod & ante biennium (scilicet statim à tempore perfecti contractus) & post biennium civiliter obligetur. Obligatio enim post biennium nemo facile negaverit. Ante biennium vero non minus adesse obligationem exinde constat, (II.) quia autè biennium agenti obstat





vel hyp. conditionalem saltem ex hoc contractu obligationem provenire atq; adeò juxtà §. 4. *I. de V. O.* donec existat conditio suspensam; tacitam autem conditionem illam esse, *si numerata fuerit pecunia*, existimant, in eo non leviter hallucinantur. Spes enim futuræ numerationis non est conditio suspensiva obligationis, sed causa impulsiva debitoris ad confitendum & promittendum, quæ quasi modificatur promissio, ut perinde sit acsi debitor his verbis usus esset: promitto me tibi redditurum centum, ut tamen mihi eos prius numeres utendos. Adeoq; hic non tacita adest conditio, sed potius tacitus modus, qualis & in casu *l. 54. §. 1. ff. locat.* reperitur. Ejusmodi autem modum à conditione longè differre (non oblt. *l. 1. C. de his quæ sub mod.*) patet cum ex *l. 80. ff. de condit. & dem.* tum ex acceptilationis exemplo, quæ licet conditionem non recipiat *l. 77. ff. de R. J.* modum tamen non respuit *l. 4. ff. de condit. caus. dat. caus. non sec.* Dn. Thomæ Disp. de anarg. pos. 3. n. 9. & seqq. Ad d. l. pen. ff. quæ res pign. vel hyp. quid responderi possit *l. 2. C. si pign. convent. num. pec.* & ipse discursus monstrabit.

XXXVIII. Hæc de primo effectu. Ortus ex eo sive secundus consistit in actione creditori & auxiliis debitori competentibus. Creditori ex nominato hoc contractu certa & nominata ad v. scribentem datur actio, quæ ab *Imp. in tit. I. de L. O.* vocatur *condictio*, intellige ex literis, *fac. l. 3. C. de n. n. p. Oldendorp. cl. 4. act. 30. in pr.* qui eam non in scitè in *rubr. d. act.* actionem chirographariam appellat. Perperam autem *post gl. Joh. Fab. n. 7. & Scheidev. n. 8. ad h. t.* *condictionem* ex lege ibidem à Justiniano intelligi putant. Nam *condictio* ex lege tunc demum locum sortitur, quando lex immediatè obligationem & persecutionem introducit, non v. ubi mediante negotio; prout in hoc contractu accidit, in quo mediante negotio dati chirographi obligatio & actio oritur *Oldend. d. l. Myns. ad h. t. n. 13. Manz. ibid. n. 16.* Undè rectè monet *Ludov. ad d. t. n. 4.* textum in *l. un. ff. de condit. ex leg.* non ad omnes obligationes jure civili constitutas extendendum esse, sed ad eas tantùm, quæ citrà ullum nomen aut formam contractus actionem producant. Neque est quod astipuler *Giph. & Bachov. ad d. t. Inst.* qui *condictionem*

nem certi ex mutuo competere opinantur. Hanc enim obligationem non ex præsumpto mutuo oriri, satis demonstratum est *supra* l. 4. & *sqq.* Non juvat eos l. 5. *ibi*: quasi credita pecunia petitur C. de n. n. p. ad quam respondobitur in discursu.

XXXIX. Ut autem tanto certius de dicta ex contractu literali actione constet, eam hunc in modum descriptam sisto: Condictio ex literis sive chirographaria est actio personalis (quia est ex contractu §. 1. I. de act. junct. tit. I. de L. O. & §. f. I. de oblig.) civilis (est enim constitutionibus PP. introducta) directa (quia ex verbis earum est) rei persecutoria (quales sunt ex contractu ferè omnes §. 17. I. de act.) stricti juris, (quia in §. 28. I. de act. non recensetur (quæ datur creditori ejusque heredi adversus scribentem ejusque heredem l. 8. in f. C. de n. n. p. est enim certissima juris regula, actiones ex contractibus venientes heredibus & adv. heredes dari, in tantum, ut etiam ob dolum defuncti heres in solidum teneatur. l. 12. l. 49. ff. de O. & A. l. 7. §. 1. ff. de pos.) imò & adv. fidejussorem si quis intervenierit, ejusque heredes (arg. §. 1. & 2. I. de fidejuss.) ad consequendum id, quod chirographo promissum est.

XL. In simplum itaque est hæc actio. Attamen si debitor inficiatus vel numerationem vel syngrapham à se scriptam esse & à creditore mendacitè convictus fuerit, creditor implorando judicis officium arg. l. 25. §. 8. ff. de edil. edict. duplum consequetur N. 18. c. 8. Imò & hanc pœnam luet reus, ut resutatâ exceptione n. n. p. si ad aliam v. g. solutionis exceptionem confugere velit, ne de hac qv. audiatur, sed omnimodò solvere compellatur per d. N. 18. c. 8. vers. si quis autem. Casum tamen, quo cessat etiam post inficiationem dicta dupli pœna vide *ibid.* vers. hæc autem dicitur.

XLI. Tantum de actione creditori concessâ. Adversus hanc autem & confitenti certa prodita sunt remedia, quibus vel eam elidere vel ipsam etiam confessionem retractare potest. Primò namque ad repetitionem chirographi intra biennium datur condictio l. 7. C. de n. n. p. & l. f. C. de condict. ex leg. & quidem vel generalis condictio sine causâ l. 1. pr. & §. 1. & l. 4. ff. de con-

de condict. sin. caus. vel specialis causâ datâ causâ non secutâ per  
ea, quæ tradit *Wesenb. in parat. ad tit. ff. de condict. sin. caus. num.*  
2. & 3.

XLII. Inter mercatores tamen hæc condictio ex com-  
muni interpretum & in foro receptâ opinione antè factam  
solutionem locum non habet *test. Dn. Carpz. in Ipr. for. part. 1.*  
*const. 32. def. 70.* quia inter mercatores (si sc. uterque & creditor  
& debitor sit mercator, secus enim est, si alteruter non sit talis)  
nec ipsa exceptio n. n. p. locum habet *teste eod. d. l. def. prac. 69.*  
Quamquam de jure civili contraria sententia sit verior, cum le-  
ges generaliter loquantur, & mercatores nusquam reperian-  
tur excepti imò à mercatoribus originem traxisse videatur li-  
terarum obligatio *Schultz. in Syn. Inst. ad tit. de L. O. lit. a. inf.*

XLIII. Alterum contentis remedium est querela non  
numeratæ pecuniæ, quo nomine venit *in l. 4. C. de n. n. p.* & nihil  
est aliud, quàm allegatio, quâ quis id, quod sibi præstitum esse  
professus est, non esse præstitum queritur. Quod duobus præ-  
cipuè modis fieri potest: I. per denunciationem sive protesta-  
tionem de non secutâ numeratione intrâ biennium in scriptis  
factam creditori vel immediatè vel mediante magistratu juxta  
dispositionem *l. 14. §. f. C. de n. n. p.* & *antb. hanc autem C. eod. ad*  
*hoc ut inde exceptionem perpetuam querens nanciscatur l. 8.*  
*C. d. t. II. Per exceptionem non numeratæ pecuniæ, de quâ *l. 1.**  
*C. d. n. n. p.*

XLIV. Vocatur aliàs exceptio ἀναρρησίας, item questio rei  
gestæ *in l. 5. C. si cert. per.* & duo præ aliis exceptionibus habet  
eximia: Primò enim non tantùm in modum exceptionis, ve-  
rùm etiam in modum actionis proponi potest *id. l. 5. l. 7. C. de n.*  
*n. p. l. f. C. de condict. ex leg. Oldendorp. class. 4. tit. 30. n. f.* æquè ac in-  
officiosi querela *l. 8. §. 13 ff. de inoff. testam.* & exceptio spoliæ *Dn.*  
*Frätzk. Exerc. 10. qu. 10. n. 25.* Deindè utut aliàs excipès exceptio-  
nè probare teneatur *l. 1. ff. de except. l. 19. pr. ff. de probat. Scheidevv.*  
*ad tit. de L. O. n. 9.* & alioqvi etiam regulare sit, ut contra eum,  
qui cautionem, quâ se alicujus fatetur debitorem emisit præ-  
sumatur, nisi contrarium probetur *l. 25. §. f. ff. de probat. Arn. Cor-*  
*vin.*

vin. in Cod. tit. de n. n. p. hæc tamen exceptio à jure privilegiatâ est, ut intrâ legitimum tempus mota onus probandi (non obst. l. 1. C. de condict. ob turp. caus. l. 1. l. 2. l. 13. C. de n. n. p. l. 25. §. ff. de probat.) in adversarium transferat l. 3. C. de n. n. p. Ratio hujus specialitatis est in l. 10. eod. quod scilicet facultate negandi reo concessâ, non debuerit ab eo exigì probatio, propterea quod negatio facti per rerum naturam directò probari non potest l. 23. C. de probat. Accedit præsumptio pro confitente ducta ex eo, quod frequenter accidit, scilicet cautionem expositam fuisse antè numerationem, cujusmodi præsumptio in cæteris causis cessat Vinn. ad tit. de L. O. n. 4. add. Dn. Carpz. lib. 2. Resp. 89. num. 4. Idem in praxi obtinere testatur post Matth. Coler. decis. 268. Georg. Schultz. Synops. Inst. d. t. & Dn. Carpz. d. Resp. 89.

XLV. Quare quia sæpè contingit, ut improbi & obrati debitores hoc juris beneficio abutantur, cautelam hanc suggerit Schneidevv. ad d. t. n. 20. & Schultz. ibid. lit. a. §. porro quia &c. ut mutuans non confidat chirographo debitoris, sed adhibeat testes, qui videant numerationem, ut si usus veniat, hanc per illos probare possit. Quâ tamen cautelâ creditori tantoperè opus esse non videtur, postquam ei numerationem demonstrare non valenti juramenti delatione provisum est N. 18. c. 8. vers. hæc autem dicimus &c. quod aut referre cogitur debitor, aut præstare, aut numerationem denuò fateri l. 38. ff. de jurejur. Idem jure quoque Saxonico cautum esse testatur Schultz. d. l.

XLVI. De tempore intrâ quod moveri debeat exceptio seu querela n. n. p. haud immeritò quæritur, cum quocunque proponatur modo, temporalis sit. Quamvis enim aliàs exceptiones perpetuo competere soleant, quia is, cû quo agitur, non habet in potestate, quando conveniatur l. 5 §. ff. de dol. mal. & met. exc. attamen hæc exceptio, ut actionem perimat, intrâ certum temporis spatium allegari debet l. 8. C. de n. n. p. Ratio est hæc, quia etiam altero non agente querela vel per conditionem chirographi vel sola etiam contestatione non factæ numerationis institui potest. Schneidevv. ad tit. de L. O. n. 10. Bachov. ibid. n. 3. Frantz. Exerc. 10. qv. 10. n. 25.



XLVII. Tempus autem istud non est uniusmodi, sed pro diversitate eorum, quibus hæc exceptio competit, diversum. Ei, qui se spe futurae numerationis chirographo obligavit, licet olim intra quinquennium competierit, hodie ex Justiniani constitutione in l. 14. C. de n. n. p. & Inst. de L. O. intra biennium datur idque continuatur & a tempore cautionis emissæ computandum Zang. de except. p. 3. c. 14. n. 49. Quod tamen favore imperfectæ ætatis non erit minoribus, ut ne qui in integram restitutionem opus habeant. l. f. C. in quib. caus. int. rest. non est nec. Cujus elegantem rationem adjungit Imperator: Melius enim, inquit, est intacta eorum jura servari, quam post causam vel veritatem remedium quaerere. Minori vero, qui successit debitori, tempus reliquum currere, ita, ut in integram restitutionis beneficio opus habeat post allegatos Dd. statuit Zanger. de except. p. 3. c. 14. n. 51. Majores etiam, qui per justam absentiam querelam movere non potuerunt ad v. exceptionem amissam in integram restitui posse patet ex d. l. 14. pr. junct. l. 1. ff. ex quib. caus. maj. Km. ad tit. de L. O. n. 11.

XLVIII. Creditori adversus apocham spe securæ solutionis datam competit intra triginta tantum dies d. l. 14. §. 2. Ratio diversitatis hæc est, quia major est præsumptio numeratæ pecuniæ ad v. creditorem, qui apocham prærogat, quam ad v. debitorem, qui chirographum. Creditor enim, etsi pecuniâ indiget, satieam tamen consequendam non necesse habet apocham prærogare. At debitor ægenus non potest pecuniam consequi invito creditore, & sæpissimè non prius, quam cautione prærogata illum ad pecuniam dandam invitaverit Zanger. d. l. 14. §. 2. Deinde etiam aliâ major solet esse rei, quam actoris favor, in major liberationis quam obligationis l. 17. ff. de O. & A. S. h. n. de v. d. l. 14. §. 2. Certos tamen casus, in quibus creditori plane non competit hæc exceptio vide in d. l. 14. §. 1. & fusius apud Zanger. de except. d. c. 14. n. 51. Et multis l. 99. de iust. d. l. 14. §. 2.

XLIX. Deniq; marito aliisque, quos de dote tenet ætio, si dotalibus instrumentis dotem numeratam esse, scriptum est, quæ tamen non est numerata, quoque conceditur hæc exceptio

ptio & qv. per anni spatium, si intra biennium solvatur matrimo-  
nium; intra tres menses, si ultra biennium usque ad deci-  
mum annum extendatur; si autem decennium transcurrerit,  
omnino q. erela denegatur. l. f. & auth. seq. C. de dor. caut. non  
num.

L. Quod si igitur quis intra praefinitum tempus de non  
numerata pecunia questu fuerit, tunc si perpetuo competit  
exceptio n. n. p. ad perimendam actionem in entarant. l. 8. §. 1. 14.  
§. f. C. de n. n. p. Unde patet temporalem eam esse quidem ra-  
tione praescriptionis, perpetuam vero & peremptoriam ra-  
tione effectus.

LI. Non tantum autem principalibus personis, qua-  
rum modo iniecit est mentio, sed & earum heredibus l. 8. C. d.  
t. ut & fidei ussio. ibid. Oldendorp. class. 4. act. 30. n. f. Arn. Corvin. in  
Cod. d. t. conceditur etiam iis, qui principaliter competebat, ea  
usus non fuerit, & tamen hoc in casu solummodo quod re-  
liquum est legitimi temporis habeant, id quod etiam ante  
aditam hereditatem cedit arg. l. 46. ff. de usurp. & usuc. Zan. loc.  
cit. n. 49. Quod si vero principalis intra praefinitum tempus  
moverit quæsitum, eo ipso etiam successoribus perpetuam  
exceptionem acquisivit d. l. 8.

LII. Datur porro non tantum ad scripturam privatam,  
sed quoque publicam imò & quæ renugiatam prout supra b. 29.  
demonstratum de his non tantum cum plane nihil numeratum  
est, sed & si pars tantum est reddenda l. 9. C. de non p. Neque refert  
an simpliciter cautum sit, an vero cautioni accesserit pignoris  
obligatio l. 1. §. 1. C. de p. vel stipulatio d. l. 9. vel iurisjurandi syn-  
graphæ factæ in chirog. C. eod. quia tale iuramentum habet in  
se quasi conditionem, si pecunia numerata fuerit c. quemadmo-  
dum c. veniens X. de iur. iur. Oldendorp. class. 4. act. 30. n. f. 2. 8. 10

LIII. plene maxime venit in controversiam, an hac exce-  
ptio locum obtineat, si quis in chirographo, se ante definitum  
tempus v. g. biennium, annum, vel mensem pecuniam accepis-  
se scripserit. Verum affirmativa utrius communior & legibus con-  
venientior, ita magis quoque sequenda est cum Cyn. ad l. 13. C. de

C 3 n. n. p.

nois éans sivr (.)

n. n. p. Gomez. var. resol. tom. 2. c. 6. n. 4. Fachin. lib. 2. contr. jur. cap. 83. & 85. Harperecht. ad Inst. de V. O. n. 32. Treutl. Vol. 1. Disp. 20. th. 2. lit. B. & Zanger. loc. cit. n. 38. Leges enim generaliter & indistinctè loquuntur neque ullam temporis differentiam hoc in casu attendant. Leges autem non distinguente, neque nostrum est distinguere arg. l. 8. ff. de Public. in re act. & lex generaliter loquens, generaliter etiam est intelligenda arg. l. 1. § 1. ff. de legat. prest. nec præterea verbis, sed rebus leges impositæ sunt l. 2. in f. C. com. de legat. Accedit quod eadem facilitate debitor possit induci, ut antè annum se accepisse fateatur, quàm inducitur, ut nunc se accepisse in cautione scribat. Ubi autem eadem est ratio, cur non eadem quoque sit juris dispositio arg. l. 32. ff. ad L. Aquil. Neutiquam patrocinatur dissentientibus l. 13. C. d. 1. quæ quomodo & quo de casu sit intelligenda vide ap. Hug. Donell. l. 37. com. de legat. H. Schneidev. ad tit. de L. Q. n. 15. Zanger. d. l. n. 36. Franzk. Exmorgento. n. 35. & sqq. Dn. Carpz. lib. 2. Res. 89. n. 1.

LIV. Quamquam autem enarratis hæcenus prærogativis in mutua exceptio in nullis planè contractibus aut negociis, præterquàm in causâ mutui l. 5. l. 7. l. 14. C. de n. n. p. & dotis t. 1. C. de dot. tant. non num. obtineat, quia in hisce causis si equentibus quàm in aliis contingit, ut cautio fiat ante numerationem propter affectionem, quam habent homines ad consequendas pecunias & uxores, quæ videtur fuisse juris conditorum ratio, ob quam in hisce tantùm casibus ius speciale introduxerint arg. l. 5. ff. de legat. cum in aliâ causâ v. g. emptionis, locationis, depositi, delegationis, transactionis l. 4. l. 11. l. 14. § 1. C. de n. n. p. & de sumptibus donec apertissimis argumentis rem aliter gestam esse probetis, qui cautionem scripsit l. 13. C. eod. l. 25. ff. de probat. Schneidev. ad d. t. n. 18. Dn. Carpz. in Jpr. for. part. inconst. 32. de f. 60. Arn. Corvin. in Cod. d. t. Attamen dari casus, in quibus etiam in causâ mutui cesset exceptio ex sqq. constabit.

LV. Primò enim cessat, si præfixum tempus taciturnitate ejus, cui competebat, præterlapsum sit l. 5. Cod. d. t. Circà quod occurrit agitatissima questio, an adhuc opponi possit, si debitor onus probandi in se suscipere velit? Ego hic satius duxerim



rim mediâ incedere viâ & certo respectu negativa, certo etiam  
affirmativa subscribere, statuendo videlicet negativam de ju-  
re veriore esse propter l. 8. ibi. omnimodo solvere compellitur l. 14.  
pr. ibi. eo lapsa nullo modo &c. C. de n. n. p. tit. 1. ibi. ne creditores  
disting. &c. de L. O. & rationes, quas prolixè exponit Dn. Frantz.  
Exerc. 10. qv. 10. n. 6. & multis seqq. Vinn. in Inst. d. 1. m. 6. & seqq. Arn.  
Corvin. in Cod. d. 1. & ex hypothesi nostrâ ex literis scilicet esse  
obligationem, quodq; Dn. Carpz. Jurispr. for. p. 1. c. 32. d. 66. n. 3. &  
seqq. at affirmativam tamen usu receptiorem & æquioram  
esse. Quid enim æquius est, quàm veritati præsumpta, quæ ex  
scripturâ conjici poterat veritatem facti evidentissimam præ-  
ferre, & cum, qui secundum rationem mannalem debitor nun-  
quam extiterat, absolvere; melius siquidem estimis, quæ à  
summa & mera ratione civili dependent dispensare largius, &  
moderamen aliquod invenire. Consentit Hartm. Pistor. lib. 4.  
qv. 12. per tot. Zanger. de except. p. 3. c. 14. num. 65. & seqq. Georg.  
Schultz. in Synops. I. d. 1. Dn. Carpz. d. def. Ungepauer Exerc. 11.  
qv. 9. apud quos de hac quaestione vide copiosius. Ad proba-  
tionem tamen ejus, quod pecunia numerata non sit, debitor  
non potest creditori juramentum deferre l. 14. ff. de n. n. p.  
sed idoneis vel testibus vel documentis non subsecutam nu-  
merationem probare tenetur arg. l. 1. ff. de præbati Zanger. &  
Schultz. dd. ll.

LVI. Coeterum autem concurrens cum exceptione nulla  
exceptio doli generalis l. 3. C. de n. n. p. vel in factum detracta do-  
li mentione l. 9. C. eod. post biennium competat quod que non  
conveniunt interpretes Dn. Frantz. d. qv. n. 6. & 10. negat, con-  
trâ Zanger. d. c. n. 6. & seqq. affirmat, imò addit, etiam aliis exce-  
ptionibus legitimis vel ad v. scripturam vel actus confessionem  
suam debitorem se defendere posse. Si autem hæc pugna eadem  
ratione, quæ præcedens dirimi posse videtur. Conf. Bachov. ad  
sepè d. 1. Inst. n. 3.

LVII. Porro præter lapsum temporis exceptionem n.  
n. p. excludit quoque agnitio confessionis sive debiti. Agno-  
scitur autem debitum variis modis, v. g. si scribens portionem  
debiti



debiti vel usurarum solverit l. 4. C. d. t. si ex intervallo se subdelegari passus fuerit, aut pro alio se soluturum constituat l. 6. C. eod. item si debitor creditori cautionem det, quâ fatetur, debitum ex aliâ causâ conversum esse in causam mutui Zang. d. c.

num. 43. LVIII. Denique eidem impedimento est renunciatio à scribente facta vel statim mediante juramento vel ex intervallo, veluti post Dd. citatos statuunt Dn. Carpz. Ipr. for. p. 1. c. 32. d. 65. & Zanger. d. loc. n. 71. & seqq. Ratio cur extra hos duos casus renunciatio nullum habeat effectum in promptu est: eâdem enim facilitate, quâ debitor spe futura numerationis illectus fatetur, ejusdem intuitu quoque exceptioni n. n. p. renunciabit. At longè diversa ratio est renunciationis per juramentum, quia facilitatis suspicio juramenti religione purgatur; & per intervallam facta, quia tunc consulto & præter necessitatem juri pro se introducto renunciavit, quod facere quemlibet posse ex l. 29. C. de pact. & l. 46. ff. eod. manifestum est.

TANTUM.

GEORGI PATRI ALTISSIMO,



99 A 6944

ULB Halle  
002 822 598


3




Vb 17

Petro J







GRATIA POTENTISSIMI AUXILIANTE  
&  
Magnifici Jctorum Ordinis permisu  
*De*  
**LITERARUM  
OBLIGATIONE**

Exercitationem  
SUB PRÆSIDIO  
*VIRI*  
NOBILISSIMI CONSULTISSIMI ET  
EXCELLENTISSIMI  
**DN. AMADEI CERROTTI**  
Phil. & J.U. Doct. ac Profefs. Publ. Facultatis  
Juridicæ Afsefforis &c.


*Dn. Hospitis, Præceptoris & Patroni patris instar  
etatem de venerandi*

In Illustri Hermundurorum Academiâ  
d. 21. Maij ad clō Ioc LXI.

*Solenniter examinandam*

*proponit.*

**Gottfried Pflaume / Ascaniensis.**



LIPSIÆ,

LITERIS CHRISTIANI MICHAELIS.

*H. L. Pflaume*

